1 parte eſt de preſenti, pro parte eſt de futuro. Old. ¶ Venio ad vltimū verſ. Quero ſi cōditio impoſſibilis adijciatur in ſecūdo teſtamento, an primū rumpatur. Joan. And. dicit q ſic. Alij contra, et hoc prout habetis in gl. Vel dic primum nō rumpi que eſt vera litera. Si enim diceret, vel dic rūpi, non eſſet noua opinio a precedēti, ſed idē diceret. ¶ Videam⁹ ergo que ſit vera opinio Ja. de Are. tenet vltimam, ſcilicet q primum non rumpatur, quia teſtm̄, in quo quis inſtituitur ſub cōditione impoſſibili valet, vt ex eo tantū de iure pretorio poſſit peti bonorum poſſeſſio. l. ſaciā. §. ſi in danda. ff. ab Trebel, et ſic primum nō rumpitur, vt no. ſ. ea. l. ſm̄ Joan. et ſic reprehēdit Jac. ex dictis ſuis. Puto opi. Jo. eſſe verā. ſ. q primum rumpitur. ¶ Pro cuius declaratione ſcias q quedam eſt conditio impoſſibilis qui reijcitur de iure ciuili, quedā que reijcitur de iure pretorio. l. cōditiones. ff. de cond. inſt. Eo caſu quo reijcitur conditio a pretore, tunc tātum ſolū poteſt peti bonorum poſſeſſio, dic. §. ſi in danda. Sz quādo conditio reijcitur a iure ciuili, non video quid repugnet quin iure ciuili poſſit adiri hereditas. Et iſto caſu indubitanter eſt vera opi. Joā. ſm̄ quod primum tollitur per ſecundū, quia ex ſcdo poteſt adiri hereditas de iure ciuili. Item eo caſu quo conditio reijcitur de iure pretorio, et ſic poteſt adiri hereditas de iure ciuili, ſed eſt neceſſaria bonorum poſſeſſio, adhuc opi. Joan. eſt vera, nec contradicit ei quod dicitur ſ. ea. l. in ſecunda gloſ. quandoque id, propter quod teſtamentū cōfirmatur de iure pre
a torio ſuperuenit[a] poſt mortē teſtatoris. et tūc ꝓpter illud primum non rumpitur. Ratio quia primum erat iam morte confirmatum ita loquitur. l. ſi filius qui in poteſtate. ſ. titu. j. coniuncta l. fi. ff. e. Speratur enim confirmari teſtamentum per approbationem filij poſt mortem. Quādoque id, quod eſt cauſa confirmandi teſtamentum de iure pretorio ſuperuenit viuo teſtatore, tunc per tale teſtamentum tollitur primū. vt hac l. in fi. ſecundū opi. Jo. Probo per rationē, ſi per bonorū poſſeſſionem cōtratabu. que eſt de iure pretorio, et contra voluntatem defuncti, aufertur hereditas heredi ſcripto. multo magis per bonorum poſſeſſionem ſecundum tab. que licet ſit de iure pretorio, eſt tamen de voluntate defuncti. et ſecundū hoc gloſſ. in l. quis eum. in fi. de vulg. et pupil. non eſt vſquequaque vera. et ibi dicam,

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Superuenit. Adde Bar. in l. j. in vlti. q̄z primum. vlterius quero, quid ſi filius nō poteſt. de vulg. et pup. ſubſti.

LEX XVII

1 ☞ Teſtamento rupto ex cā preterceritionis. iſto iure non debentur legata, nec libertas: an ſit ſecus de iure authentico: cum conſeruentur per auth. ex cauſa nu. 4.
2 Ius dicēdi nullum, an ſit iudicium per ſe ſeparatum a petitione hereditatis.
3 Filius preteritus poteſt approbare teſtamentū, ita q de equitate valeat.
4 Diſpoſitio authen. ex cauſa. quando habeat locum. et nume. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
5 Exheredatio poteſt tripliciter ſumi.
6 Preteritio matris, aliorū habetur pro exheredatione inualida.
10 Statuta q teſtamēta mandētur executioni, ſicut ſententie, hic cum quando legata petuntur etiam ex teſtamento rupto.
16 Clauſula codicillaris, ſi non valet iure teſtamenti, quid operetur.
17 Extranei quando ſunt ſcripti heredes, quam partē auocat preteritus.
18 Teſtamentum quo iure irritetur ex cauſa preteritionis: vel exheredationis.
Filius preteritus petit contratabulas.
Exheredatus cum cauſa per querelam inofficioſi. et ſine cauſa dicit teſtamentum nullum.
19 Differentia inter ſuum, preteritum, et emancipatum.
20 Teſtamentū quo iure irritatur et preterito a matre vel eius
21 Aſcendentes quando ſint preteriti, vel exheredati, quo iure teſtamentum irritatur.
22 Teſtamentum filij in caſtrenſi peculio, in quo pater eſt preteritus ſit nullum, et ſubiaceat querele.
23 Teſtamētū, in quo collaterales ſunt pretij quomō irritetur
24 Ius dicendi nullum teſtamentum, qualiter practicatur.
25 Approbatio expreſſa teſtamenti, filij preteriti, an requiratur vel ſufficiat tacita. et num. 28.
26 Teſtamentum in quo filius ſit peteritus, an ſit aliquod, cum filius non declaret intentionem ſuam,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

27 Appꝛobatio teſtamēti quando inducatur ex taciturnitate filij.
28 Teſtamento appꝛobato per filium pꝛeteritū, an poſſit ex eo adi
ri hereditas de iure ciuili, vel ſit neceſſe quod petatur bonoꝛum
poſſeſſio ſecundum tabulas.
29 Teſtamentū appꝛobatum per filium valet de equitate pꝛetoꝛia.
30 Teſtamentum non habens ſolennem numerum teſtium, non po
teſt appꝛobari per venientes ab inteſtato.
31 Teſtamētum defectiuum ratione ſolennitatis. item ratione pꝛe
teritionis, in quo ſunt inſtituti venientēs ab inteſtato poteſt ap
pꝛobari.
83 Teſtamentum, in quo pater eſt pꝛeteritus, ipſo patre appꝛobā
te reconualeſcit.
54 Filius pꝛeteritus ſi non dicit teſtamentum nullum, an alij eius
beneficio poterunt illud dicere?
35 Uſurarius ſi tempoꝛe teſtamēti non pꝛeſtitit cautionē, ſed poſt
factum teſtamentum an reconualeſcat.

a **Filio pꝛeterito.** [a] Iſta eſt ſolēnis lex, ⁊
eius materia multū
incognita, ſed bꝛeuiter hoc intendit. Filio pꝛeterito
relicta in teſtō nō debētur, niſi fili⁹ ius ſuū omiſerit.
h. d. Pꝛimo loquitur qñ filius pꝛeteritus non omiſit ius ſuum.
Scdo qñ omiſit. Secunda ibi, ꝙ ſi bonis. ¶ Ex pꝛima parte no.
1 ꝙ rupto teſtamento ex cauſa pꝛeteritionis, non debentur lega
ta, nec fideicommiſſa, nec libertates. Unde circa hoc pꝛimū no
tabile habemus examinare, ꝙ in hoc ſit immutatū per auth. ex
cauſa. C. de libe. pꝛete. ¶ Secundo no. modum, quo agit filius
pꝛeteritus qui vult dicere teſtamentum nullū. Nā petit heredi
tatem ab inſtitutis, vt ibi. ſi pꝛeteritus a fratribus partē heredi
2 tatis auocauerit. Et ſic videtur, ꝙ † ius dicēdi nullū, non ſit iudi
cium per ſe ſeparatum a petitione hereditatis. Ad hoc ꝙ no.
C. de oꝛdi. indi. l. j. Circa iſtud notabile habemus examinare, ſci
licet qualiter rumpatur teſtamentū ex cauſa pꝛeteritionis, vel
exhered. per quē modū, ⁊ quid in hoc ſit immutatum, ⁊ hoc cir
ca pꝛimā partē. ¶ Ex ſecunda parte not. † [b] ꝙ filius pꝛeteritus
b poteſt appꝛobare teſtamentū, ita ꝙ de equitate valeat. ⁊ iſta eſt
materia pꝛopꝛia ⁊ ſingularis hic, quā examinabimus, ⁊ ſic habe
bimus tres materias. ¶ Op. ad pꝛimū, de le. pꝛeſtā. l. j. So. ibi
in filio emācipato pꝛeterito, q de iure ciuili non admittebat ad
rūpendum, vnde cum pꝛetoꝛ eos admittat per bono. poſſeſ. cō
tra tab. ⁊ ſic grauat legat. ſua equitate conſeruat legata certis ꝑ
ſonis per illum titulum, hic vero loquimur in filio ſuo pꝛeterito
Sʒ contra hoc op. d. l. ſi duo. de leg. pꝛeſtan. Sol. ibi quādo fili⁹
pꝛeteritus nō dixit nullum, ſed venit per contra tab. Unde alius
filius inſtitutus pꝛeſtat legata ſm̄ diſtinctionē illius legis. Se
cundo op. C. de lib. pꝛeteri. auth. ex cauſa. Gl. dicit hic, † ꝙ hec
l. coꝛrigitur hodie. Nā rupto teſtamento ex cauſa pꝛeteritionis
vel exheredationis debentur legata ⁊ fideicommiſſa, ⁊ liberta
tes. ¶ Iſtud quod dicit de auth. ex cauſa venit examinandum
per multas queſt. Pꝛimo, vtrum rupto teſtamento pꝛeteritio
ne filij iā nati, legata ⁊c. confirmentur per auth. ex cauſa. Et dt
gl. ꝙ ſic, ⁊ omnes leges antiq̄ʒ huic ſimiles coꝛrigūtur. Pꝛo hoc
facit, quia auth. ex cauſa loquitur gñaliter, ⁊ in coꝛpoꝛe vnde ſu
mitur. §. ſi tales igitur, vbi tractat de teſtamento facto a filio, q
pꝛeterijt vel exheredauit parentes, ſimiliter gñliter loquitur Et
glo. tenet hāc opin. hic ⁊ i l. vxoꝛē. de manumiſ. teſta. in vlti. glo.
⁊ in d. §. ſi tales ⁊ i l. j. C. de codicil. in ver. literas, in omnib⁹ glo.
quas ibi allegabo, cum loquemur de pꝛeteritione poſthumi.
Pꝛeterea, eadem eſt ratio in pꝛeteritione, que eſt in exheredati
Nam ſicut ex cauſa pꝛeteritionis irritatur teſtamētū ipſo iure
ita ex cauſa exheredationis cauſa nō incerta. Sed omnes alij ſūt
in contraria opinione, ꝙ hec lex nō coꝛrigitur, ⁊ qd auth. ex cau
ſa nō habeat locū in pꝛeteritione facta a patre ſed dʒ ītelligi in
pꝛeteritione materna, que habetur pꝛo exheredatione. Ita tenet
gl. in auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoq̄ʒ capitulū. Idem
Azo in ſumma, de liber pꝛete. Hy in diſtinctione magna quā po
nit in l. Gallus nō dt iura antiqua in hoc coꝛrigi. Domin⁹ Iaco.
But. in curſu lectionis videbatur idem tenere. ⁊ hoc ꝓbatur in
coꝛpoꝛe vnde ſumitur dicta auth. §. ſiue igitur omnes. ibi, ſi au
te hec obſeruata nō fuerint, nullū exheredatis liberis, ⁊c. vbi de
pꝛeteritis nullā mētionē facit, ⁊ iura antiqua nō intelligūtur coꝛ
rigi per noua, niſi quatenus expꝛimiꝛ, l. pꝛecipim⁹. in fi. C. d appel.
Pꝛeterea ius nouū videtur introductū i fauoꝛē filij, ſed hic
nullus eſt fauoꝛ. filij imo eſt odiū, qꝛ tenebatur ad legata ad que
ante nō tenebatur, ergo, ⁊c. Quod autem fit i fauoꝛē filij. pꝛoba
tur in d. verſi. ſi autē ibi, ne liberi falſis accuſationibus cōdēn
tur, ⁊c. ⁊ hoc tenebat Pet. Sed Cy. fuit in cōtraria opinione, nō
tñ Reſpondet ad dictas rationes factas in contrarium nec eas
ponit. ¶ Dico ꝙ paſſus dubius eſt pꝛopter opinio. tantoꝛū vi
roꝛū, ⁊ ſic paſſus, ⁊ alij quos tangam, i hac materia egent decla
ratione Imperiali. Credo tamen pꝛo declaratione iſtius queſt.
5 ſic dicendū, † exheredatio poteſt tripliciter ſic aſſumi [c]. Uno mō
c ſtricte, ⁊ tunc exheredatio eſt ab hereditate excluſio expꝛeſſe ⁊ ſo
lēniter facta. Ita loquitur tit. de libe. pꝛete. ⁊ ū. titu. pꝛoxim. Re
quiriꝛ em̄ ꝙ ſit facta exheredatio nominatim, ⁊ quod interueniāt
alia que ponuntur in l. iij. §. filius ū. titul. j. Aliomodo aſſumitur
exheredatio large, ⁊ tunc exheredatio eſt ab hereditate excluſio
facta tacite vel expꝛeſſe ſecundum voluntatem teſtatoꝛis, ⁊ hoc
caſu nomen exheredatio compꝛehendit pꝛeteritionē factā a te
ſtatoꝛe ſciente ſe filium habere. Pꝛobatur in l. ſi patronus. ij. in
pꝛinci. de bonis libe. ⁊ l. Paul. § finita eo. tit. ⁊ l ſicut certi. ⁊ l. ſi
in eum vel in vtero. C. de teſt. mili. Ille enim qui dat ſuā here. al
teri ⁊ de filio mentionem non fecit. exheredat eum tacite, Et ſi di
ceres, dicte leges loquuntur in milite, in quo eſt ſpeciale ꝙ pꝛete
ritto habeatur pꝛo exhered. Reſpondeo, ꝙ eſt ſpeciale in hoc
ꝙ exhered. pꝛedicta tacita valeat, ſicut exhered. que expꝛeſſe fa
cta eſt a pagano. In pagano vero tacito exhered. non valeret,
ſed ſecundum mentem teſtatoꝛis vterq̄ʒ tacite exheredat. Ter
tio modo exheredatio largiſſime, omnis ab hereditate excluſio,
⁊ hoc compꝛehendit pꝛeteritionem factam a teſtatoꝛe ſciēte vel
ignoꝛante ſe filium habere, qꝛ pꝛeteritio facta pꝛo exheredatio
ne, l. ſi inſtituta. i fi. inſtituta. i fi. cum l. ſequen. ū. de inofficio. teſt.
Et ſi dicas, ibi ſpeciale in matre cuius pꝛeterito pꝛo exhered. ha
6 betur. Reſpondeo. † cōcedo, ꝙ pꝛo exheredatione valida habe
tur ita quod opus eſt querela, ſed in aliquo habetur pꝛo exhere.
inualida tm̄, qꝛ licet verba excludant talem filium ab heredita
te tm̄ mens teſtatoꝛis non fuit ſic, ergo eſt triplex exheredatio.
Una largiſſima, quando ex verbis teſtatoꝛio excluditur, non tm̄
ex mente teſtatoꝛis tacita, vel expꝛeſſa. Secunda larga, vt quan
do non excluditur expꝛeſſe ſecundum verba, ſed tacite ſm̄ mentē
Tertia ſumitur ſtricte, ⁊ pꝛopꝛie, vt quando ab hereditate exclu
ditur expꝛeſſe ſecundum verba teſtatoꝛis, ⁊ ſecundum volunta
tem. Nunc ad pꝛopoſitū dico, auth. ex cauſa habere locū in exhe
red. largo modo ſumpta, non dico largiſſime, que exheredatio
cōpꝛehendit pꝛeteritionē factam a ſciente, non ab ignoꝛante. Et
ſic diſtinguo, Aut filius eſt pꝛeteritus a teſtatoꝛe ſciente ſe illū
filium habere, ⁊ habet locum auth. ex cauſa. ⁊ coꝛrigitur hec lex
Si vero pꝛeterito fiat teſtatoꝛe ignoꝛāte, ⁊ tunc iura antiqua re
d manent incoꝛrecta [d] ⁊ legata non debentur. Et hanc diſtinictio
nem pꝛobo pꝛimo in coꝛpoꝛe vnde ſumitur dicta authentica ex
cauſa. verſi. ſinautē hec obſeruata non fuerint. ibi enim, annectit
cauſam, nec liberi falſis accuſationibus condemnentur. ⁊c. Que
verba referuntur ad pꝛeteritum vel exheredatum inſerta aliqua
cauſa, licet non vera. ⁊ ſic teſtatoꝛe ſciente. Deinde ſequitur alia
7 tio, ne circūſcriptionem aliquam in parentum ſubſtantijs pa. iā
tur, ⁊c. Circunſcribere. † eſt per dolum aliquem decipere, l. pꝛima
ū. de in integrum reſtitutione, ⁊ ibi nota. De neceſſitate ergo re
ertur ad pꝛeteritionem, factam a teſtatoꝛe ſciēte, quia ſi ignoꝛaſ
ſet, nullam fuiſſe cirumſcriptionem poſſemus opponere, ⁊ ſic ra
tiones legis non adaptarētur. Ex rationibus ergo illis apparet
ꝙ verbū exheredatio cōpꝛehendit pꝛeteritionem factam a ſciēte
Hoc etiam pꝛobatur in. §. ſi tales igitur. ⁊ in ver. ſinautē hec ob
ſeruata nō fuerunt. vbi generaliter loqtur, nec de exheredatiōe
vel pꝛeteritione facit mentionē. Hoc etiā pꝛobatur in §. ⁊ hec q
dē qui ibi ſequitur: vbi dt, ⁊ he quidem exheredationis aut pꝛe
teritionis pene, quātum ad ingratitudinem, ⁊c. Et ſic loquitur,
de pꝛeteritione. ⁊ in ſequenti. §. hec autē diſpoſuimus. dicitur.
Sola em̄ eſt noſtre ſerenitatis intentio, a parentib. ⁊ lib. iniuriā
pꝛeteritionis, ⁊ exhered. auferre, ⁊ ſic loquitur etiam de pꝛeteri
tione, ſic eſt veriſſimile Imperatoꝛem intelleriſſe in pꝛecedenti
bus. §§. Ex pꝛedictis apparet rñſio ad illas leges: quas alle. in
ꝯrium. ſc; ꝙ in coꝛpoꝛe non fit mentio de pꝛeteritione, fit enim
mentio expꝛeſſe, vt ū. dixi, ⁊ etiam tacite quia verbum, exhered.
continet talem pꝛeteritionem factam a ſciente merito in hoc ius
antiquū coꝛrigitur. Non ob ꝙ dicitur, quod ius nouum introdu
ctum eſt fauoꝛe filioꝛum, qꝛ fauoꝛ filij eſt in hoc, quod exhereda
tione debet inſeri cauſa, ſed fauoꝛ teſtantis eſt quod teſtamentū
non irritatur in totum, ſed remanet validum quo ad alia capitu
la, vt pꝛobatur in coꝛpoꝛe. vnde ſumitur dic. authen., vbi text. in
d. §. hec aūt diſpoſuimus. dicit, hec autem diſpoſuimus vt ⁊ pa
rentes filios a teſtamentoꝛum iniuria liberos reddamus. Et ſe
quitur in eod. §. Unde ⁊ conſtat ad vtriuſque partis vtilitatem
atque cautelā pꝛeſentem legem fuiſſe pꝛolatam. Et ſic patet in fa
uoꝛem vtriuſq̄ʒ dicta iura fuiſſe introducta, ⁊ ſecundum hunc mo
dum glo. que dicunt iura antiqua foꝛe coꝛrecta, dicunt verum,
Sed ſi acciperes exheredationem largiſſime, vt cōpꝛehēderet
pꝛetertionem factam etiam ab ignoꝛante iura antiqua nō coꝛri
gerentur. Nā tex. in coꝛpoꝛe intelligitur in pꝛeteritione facta a
ſciente, vt oſtendi. Pꝛeterea pꝛobo. ſicut hodie rupto teſtamēto
ex cauſa pꝛeteritionis conſeruantur cetera capitula, ita olim cō

ſeruabatur totū teſtamentum militis non obſtante pꝛeteritione
ſed in milite adhibetur illa diſtinctio, vtrū aliquem pꝛeterierit
ſcienter vel ignoꝛāter, l. ſi certi. ⁊ l. ſi cum vel in vtero. C. de teſt.
mil. Et an iſto caſu eſt vera opi. illoꝛum qui dicunt iura antiqua
8 ⁊ nō coꝛrigi. ¶ Scđo eſt † videndum in auth. ex cauſa, habeat
locum rupto teſt. ex cauſa pꝛeteritionis poſthu. Quidam dicūt
ꝙ ſic, ⁊ per hoc coꝛrigitur. l. j. C. de poſthu. here. inſti. ⁊ j. de gl.
ij. l. ſi quis teſtamento ⁊ fideicom. libe. l. ſi pater in pꝛincip. Et
hec fuit opi. Placen. ⁊ pꝛobatur, qꝛ illa auth. loquitur generali-
ter, ergo ⁊c. pꝛeterea licet lex ⁊ iura antiqua loquantur in poſt-
humo, id eſt, pariſicant poſthu. ⁊ iam natum, l. maximum. in fin.
ff. de liber. pꝛeter. tamen in iam nato determinatum eſt ſ. ꝙ coꝛ-
rigantur. Ergo ⁊c. Pꝛeterea, ſicut olim rupto teſtamento per
contratab. debebantur legata certis perſonis, ita hodie debent
omnibus, ſed in filio de iure antiquo non fiebat diſtinctio inter
poſthumum ⁊ iā natum. . j. in pꝛin. de leg. pꝛeſtan. bono. poſſeſ.
contra tab. petita coniuncta. l. j. j. de contratab. ergo ⁊c. Alij di-
cunt, ⁊ dicitur ꝙ fuit opin. Azo. vt ſcripta antiqua referunt, quod iu-
ra antiqua in hoc non coꝛrigantur, ſed illa loquunt in poſthumo
pꝛeterito. auth. ex cauſa loquitur in iā nato quod fundatur plu-
ribus rationibus. Pꝛimo qꝛ in coꝛpoꝛe non fit mentio de poſt-
humo. ergo ⁊c. Pꝛeterea quando quis natus eſt pꝛeteritus, te-
ſtamentum eſt ſtatim irritum quantum ad inſtitutionem, ⁊ lega-
ta nunquam ceperunt pendere ex inſtitutione. Sed quando eſt
pꝛeteritus poſthumus, tunc ab initio fuit teſtamētum, ⁊ legata
ab eo dependere ceperunt merito rupta inſtitutione vitiantur
legata. l. nam ⁊ ſi §. fi. ſ. eo. ⁊ not. i l. ſij. §. fi. ſ. ti. j. ⁊ Jaco. de A-
re. ⁊ dom. Cy. tenent pꝛimā opi. ſ. ꝙ leges 3rie, ⁊ ſimiles coꝛri-
guntur in hoc, ⁊ alleg. pꝛo ſe glo. in l. generaliter. §. ex teſtō. j. de
fideicommiſ. liber. Ego allego plures alias gl ſcilicet in l. bo-
na. §. fi. infra de cap. ⁊ l. pater. in pꝛincip. j. fideicom. liberti. ⁊ l.
pꝛima, ſupꝛa de teſtamen. tut. ⁊ l. ſi quis teſta. j. de leg ij. de cōd.
l. j. Et audiui Ray. tenentem hanc opin. Sed domi. Jaco. But.
cum legeret auth. ex cauſa me audiente, tenuit contrarium per
iſtam rationem, qꝛ authen. ex cauſa. loquitur in pꝛeteritione fa-
cta ex cauſa que non cadit in poſthumum. l. ſi quis in ſuo. §. le-
gis. C. de inoffi. teſtamento. ergo, ⁊c. ¶ Ergo diſtinguēdum eo
modo quo ſupꝛa. Aut pꝛeteritio poſthumi eſt facta ab eo, qui
ſciebat ſe habere vxoꝛem pꝛegnantem, ⁊ eſt vera opinio pꝛi-
ma, quod iura antiqua ſunt coꝛrecta, quod pꝛobatur ex coꝛpoꝛe
vt ſ. dixi. ⁊ licet ibi non fiat mentio de poſthumo, tamen loquit
generaliter de qualibet pꝛeteritione. Aut pꝛeteritio facta eſt ab
eo qui ignoꝛabat ſe habere vxoꝛem pꝛegnātem, ⁊ iura antiqua
non coꝛriguntur, quia tex. in coꝛpoꝛe de hoc non loquitur, vt ſ.
oſtendi. Hoc pꝛobatur in ſimili in l. ſicut. ⁊ l. ſi cum vel in vtero.
C. de teſtamen. mili. ⁊ l. qui iure militari, infra de taſtamen. mi-
li. Pꝛeterea, certum eſt quod donatio inter viuos nititur maio-
ri firmitate quā legata, ſed certum eſt quod donatio inter viuos
pꝛopter ſuperuenientes liberos, de quibus teſtatoꝛ non cogita-
tauit, reuocatur. C. de reuoca. don. l. ſi vnquam, ergo multo ma-
gis legata. facit l. tale pactum. §. fin. de pac. pꝛeterea, hoc per-
ſuadet equitas. Pone aliquem nō habētem filios feciſſe magna
legata conſanguineis, ⁊ eccleſiis qui non eſt veriſimile facere ſi
filijs cogitaſſet non enim extraneos pertuliſſet ſoboli ſue, l. cum
auus. infra de condictio. ⁊ demonſtra. ⁊ l. cum accutiſſimi. C. de
fideicom. Et eodem modo ſi haberet aliquos filios tempoꝛe te-
ſtamenti poſtea ſuperueniſſent alij, de quibus non cogitauit, nō
eſt veriſimile ꝙ tot legata reliquiſſet. l. penult. infra de iur. co-
dicil. Et ſic vno caſu eſt vera opinio. Azon. ⁊ eum ſequentium,
alio caſu Placen. ⁊ ſequacium. Reſpōdeamus ad quaſdam ra-
tiones, quas feci pꝛo Placen. inquantum concludunt contra
Azon. ſpecialiter ad illam rationem, quam feci de tit. de lege.
pꝛeſtan. Dico enim ꝙ ibi nulla eſt differētia inter poſthumum,
⁊ iam natum ⁊ inter pꝛeteritionem factam ſcienter ſeu ignoꝛan-
ter, ergo ⁊c. Ratio ideo enim conſeruat pꝛetoꝛ legata per illum
titulum, quia facit iniuriam legatarijs dando contra tabul. eis,
qui non vocabantur de iure ciuili. Que ratio locum habet ſiue
cōtra tabulas detur iam nato, ſiue poſthumo, pꝛeterito ſcien-
ter, vel ignoꝛanter, hic conſeruatur legata pꝛopter tuendum vo-
luntatē defuncti, que voluntas ceſſat, quando pꝛeteritio eſt fa-
cta ab ignoꝛāte. Reſpondeo ad rationes factas per Azon. con-
tra Placen. non obſtat ꝙ dicit Jacob. But. ſcilicet quod auth.
ex cā. loquatur in pꝛeteritione facta ex cauſa, quod puto falſum.
Nā, vt dixi loquitur generaliter in omni pꝛeteritione facta ſciē-
ter, per quā filius circumſcribitur. Et textum qui dicit ex cauſa
pꝛeteritionis, ⁊c. expone, id, ex ipſa pꝛeteritione, ⁊ ſic intranſiti-
ue legitur. Simile i l. j. C. de cōditio. indeb. Vel dic ꝙ verba po-
ſita in auth. ex cauſa. ſunt verba Guarnerij, in coꝛpoꝛe aliter ia-
cent. S; contra opinionem quam pono tam in iam nato, quam
in poſthumo. ¶ Oppono de l. finali, infra de heredibꝰ inſtituē.

vbi quando pꝛeteritio eſt facta ab ignoꝛante, inſtitutio vitiatur
⁊ legata firma remanēt, Sol. ibi loquitur qñ pꝛeteritus eſt aliquis
cuius pꝛeteritio teſtamentum non rumpebat, ſed inſtitutio rum-
pitur pꝛopter defectum cauſe quā teſtatoꝛ eandem adeſſe puta-
bat, que cauſa reſpiciebat inſtitu. ſolā, non legatum. merito lega-
ta firma remanent, quia in eis non eſt defectus voluntatis ſed in
pꝛeſenti queſt. ſecus vt dixi. ¶ Contra hoc etiam foꝛtiter oppo.
de l. cum mater. ſ. de inof. teſta. vbi videtur ꝙ debeat diſtingui
totum econtra ad id quod dixi ſupꝛa. Aut pꝛeteritio eſt facta a
ſciente, ⁊ ſic re ⁊ conſilio, ⁊ tunc legata non debeantur. Aut ab i-
gnoꝛante, ⁊ tunc, debeantur, ꝙ ita videtur tenere glo. ibi poſita.
Reſpondeo ꝙ opi. gl. non eſt vera, per rationes quas dixi, ſupꝛa
vnde teneas opi. Azo. ibi poſitam. quod dictū in pꝛin. legis coꝛ-
rigatur per id quod ſequitur, ⁊ tunc facit pꝛo illa opi. quā teneo
quod ſatis placet. Vel dic ꝙ quando mater pꝛeterijt fili ū. quē
non credebat ſe habere, ⁊ alium inſtituit, filius habet duplicem
viam, ꝙ dicat inſtitu. nullā pꝛopter defectum cauſe, quia mater
ideo inſtituit extraneum, qꝛ putabat ſe non habere filium, ⁊ tūc
inſtitutio vitiatur, non legata, vt l. fi. C. de hered. inſti. Aut vult
irritare inſtitutionem tanquam pꝛeteritus, ⁊ venire per quere-
lam olim, vel hodie dicendo nullum ipſo iure, ⁊ tunc legata tota-
liter non valebunt. Ita loquitur finis dicte l. cum mater, ⁊ ꝙ ſ.
9 dixi. ¶ Tertio eſt videndum, vtrum illa authen. habeat locum
in pꝛeteritione quaſi poſthum. hoc eſt, eius qui ſubducto pꝛi-
mo de medio incipit tenere locum ſui per legem velleiam, vtrū
ſi ꝑpꝛeteritionem talis poſth. teſtamentum rumpatur, illa au-
then. locum habeat. Glo. ſupꝛa de teſta. tut. l. ij. tenet ꝙ ſic. In cō-
trarium videtur ꝙ talis poſthumus non fuit per machinatio-
pꝛeteritus. Nam teſtatoꝛ ideo non inſtituit: quia alius eum pꝛe-
cedebat. ⁊ ſic licite facit. ita tenet glo. Ad contrarium reſpō.
quod hec machinatio videtur, quia non eſt vſus conſilio velle-
ti. j. l. Gallus. §. nunc de lege. ⁊ ſupꝛa eo. l. poſthu. Sicut enim
le qui habet vxoꝛem pꝛegnantem, ⁊ ventrem non inſtituit, ita
habet nepotem. ⁊ de eo mentionem non facit, ſecundum con-
legis Velleie. circumſcribit eum ſaltem reipſa. Huic opin.
ſonat voluntas defuncti. Si enim filium ſuum grauauerat le-
tis, multo magis eſt pꝛeſumendum ꝙ grauaſſet nepotē qui
in vlterioꝛi gradu. ¶ † Quarto eſt videndum vtrum authen.
cauſa habeat locum rupto teſtamento per contra tabul. pꝛe-
rito filio emancipato. Glo. in l. j. C. de bon. poſſ. contratab.
ſic. idem ſupꝛa de vſufru. l. ſi extraneo, Pꝛo hoc facit, quia ſub-
lata eſt hodie differentia emācipationis ⁊ patrie poteſtatis
glo. videtur tenere contrarium, ⁊ ſic in pꝛeteritione eman-
nihil mutatur, vt no. in l. ſi filius. ſ. de mino. Pꝛo quo facit,
tunc eſt ſublata differentia emancipationis, ⁊ patrie poteſta-
nullum eſt factum teſta. ſecundū gl. vt no. in l. Gallus. §. ⁊ quid
ſi tantū. ſ. tit. j. ⁊ in l. ſi emancipati. C, de colla. ⁊ dic. auth. ex cau-
ſa. Jacob. de Are. licet ſit de illis, qui tenent ꝙ in filio ſuo pꝛe-
rito iura antiqua non ſint coꝛrecta, tamen in filio emancipato
net ꝙ iura antiqua coꝛrigātur. Nam tex. in coꝛpoꝛe, vt cum de
appel. §. cauſas. verſi. ſi quemlibet ex pꝛedictis. loquitur de li-
ris, qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere. Sed quantum ad ſucceſ-
ſionem ab inteſtato nulla eſt differentia emācipationis ⁊ patrie
poteſtatis vt in auth. de hered. ab inteſtato. §. nullam vero vo-
mus, ergo ⁊c. Pꝛo hoc addit ipſe rationem. quia eſt fauoꝛ fi-
emancipati Dicit enim ipſo iure nullum. nec neceſſe habet ve-
nire per cōtratab. ⁊ ſtare ſub dubio litis. De hoc vtrū dicat nul-
lum veniat per contratab. dixi. ſ. tit. j. l. Gallus in omnibus.
dicā j. Tamen illam opi. puto veram, ſi ponimus illam pꝛeteri-
tionē factam a ſciente ſe filium habere, ſecus ſi ab ignoꝛāte.
ſic intelligo glo. d. l. j. C. de bono. poſſeſ. contratab. Non ob.
dictis. j. de leg. §. l. ij. quia loquitur de lega. relictis a pꝛeteri-
que non valent hic de legatis que legantur ab inteſtato, que cō-
ſeruantur rupto teſtamento ex cauſa pꝛeteritionis, vt dixi in
l. ij. ¶ † Quinto eſt videndum vtrū authen. ex cauſa. habeat
cum teſtamento reſciſſo per querelam pꝛopoſitam a filio exhe-
redato habito. In hoc ſunt multe opin. Nam Mar. dicebat
hodie non habet locum querela, ⁊ ſic nō pꝛocedit queſtio ⁊ lega-
ta remanent firma per dictam auth. cuius opi. repꝛobaui in l.
ſ, de teſta. Alij dicunt, ꝙ habet locum querela etiam hodie licet
de iure antiquo, teſtamento reciſſo per querelam, legata non de-
beantur, hodie tamen debentur per authent, ex cauſa, ⁊ hoc te-
net gloſſ. in verſi. nō valeant. in fi. in l. Papinia. §. ſi ex cauſa. ſu-
pꝛa de inoffi. teſta. ⁊ l. nam ⁊ his. §. j. eod. titu. ⁊ l. iure noſtro.
fin. ſupꝛa de teſta. tut. ⁊ infra de leg. ij. l. cum filius in pꝛin.
ſic. placuit. Tertij dicunt, ⁊ iſta fuit opin. Azo. in ſumma, ꝙ
eſt teſtamentum nullum ipſo iure, quod eſt quando cauſa nō
inſerta exheredatione, vt j. dicam, ⁊ tūc habet locum in auth. ex
cauſa. Aut cauſa fuit incerta, ⁊ tunc quia opoꝛtet teſtamentum
irritari per querelam ſecundum cōmunem opi. legata, ⁊c. irri-
tur

tur ⁊ iura antiqua non corriguntur. Hoc probatur per rationē
quia quando teſtamentum eſt nullum, legata non habent depen
dentiam ab inſtitutione. Sed qñ eſt aliquod, ſed ſi irritatur per
querelam, ſecus, vt dr in ſimili. in l. nā ⁊ ſub conditione. §. ſi s. e.
⁊ l. iij. in fi. de lib. ⁊ poſthu. Quarti, vt Hugo. tenēt iſtam opi. ta
men ratio eius diſplicuit. Nā in eo quod dicit, quando teſtamē
tum eſt nullum, legata valent, eſt ꝯ l. is qui in poteſtate. in princ.
de leg. preſtan. In eo ꝙ dicitur ꝙ quando teſtamentum irrita-
tur per querelam, legata irritantur propter dependentiam eſt ꝯ
l. nā ſi miles. s. eod. ſubſtinendo opi. Azo. dic ꝙ l. is qui in pote-
ſtate, non obſt. loquitur enim ſecundum iura antiqua ſecundum
que legata non poterāt valere a ſe, niſi ex teſtamēto adiretur he
reditas, hodie ſecus in caſu auth. vt j. dicam. Non obſt. l. nam ſi
miles, quia ibi a teſtamento valuit iure ſpeciali, nō communi, vt
ibi dixi. ⁊ ſic ratio Azo. adhuc durat. Hugo tamen aſſignat aliā
rationē, quia ibi teſtator inſeruit cauſam, deliquit in duobus, ſci
licet in exheredando, ⁊ in inferendo falſam cauſam. Sed quando
cauſam non inſeruit deliquit in vno tantum ideo minus punitur
⁊ ſic quo ad inſtitutionem tantum teſtamētum irritetur. Iſta ra-
tio reprobatur per doctor. Quid enim ſi inſeruit multam cau-
ſam veram. ⁊ per hered. non probatur: Certe in nullo deliquit.
⁊ in totū teſtm̄ irritatur. ſecundū omnes. Unde fuit quinta opi.
Iac. de Are. qui tenet hanc opin. per aliā rationem, ſ. quod tex.
in auth. ex cauſa dicit irritum eſt teſtamentum. in corpore vero
vnde ſumitur dicit euacuato. ⁊ ſic intelligitur quando eſt irritū
ipſo iure. Iſta opinio non placet. nam verbum irritum. non eſt
in corpore: ſed in vno. §. dicit euacuato teſtamento, ⁊c. ⁊ in a-
cicit reſciſſo. ⁊ glo. intelligit ibi, euacuato. ſcilicet per ſententiā,
⁊ ſic agebatur querela. Quod patet, quia iſti ablatiui abſoluti
reſoluuntur in conditionem. l. a teſtatore. de condi. ⁊ demonſtra
tionib. Quod ergo dicit, euacuato teſtamento, id eſt, ſi teſtamen
tum euacuetur. ⁊ hoc declarat in alio §. vbi dicit reciſſo. Debes
ergo ſcire quod authenti. ex cau a ſumetur ex duobus §§. in v-
no loquitur qñ pater preterijt filium, in alio quando filius pre-
terijt patrem, ⁊ in vno dicit euacuato, ⁊ in alio dicit, reſciſſo. vt; di
ctum eſt. Unde fuit facta ſexta opinio quorundam qui tenēt pre
dictam opin. ⁊ addunt rationem, quia quando teſtamentum irri
tatur per querelam irritatur tanquam dementis, ⁊ ſic legata nō
debentur. l. Titia. ſupra de inoffic. teſta. ⁊ in hanc opin. videba-
tur inclinare domi. Iac. But. dum legeret dictam le. Papin. §.
ſi ex cauſa. Poſtea quando audiui eum legentem auth. ex cau-
ſa nihil firmauit, ideo iſta ratio non placet. Nam licet olim teſta
mentum irritaretur per querelam quaſi colore dementie. l. hoc
colore. de inof. teſtamento, tamen ille color hodie non queritur,
ſed irritatur in totum hodie per querelam. Ita dicit ipſe quod
colligitur in corpore vnd ſumitur. d. authent. qua cauſa inſer-
ta non fuerit vera. Non enim poteſt dici demens qui exhe-
redauit filium ex iuſta cauſa, quam putabat veram, licet poſtea
non reperiebatur vera, vel non approbaretur. hoc tenet Iaco.
de Aren. in alia materia ſuper alio puncto. Unde fuit ſeptima
opinio Dyni, qui tenet totū econtra a precedenti opinio. dicit.
enim. Aut cauſa legitima eſt incerta, ⁊ per heredē non probata
⁊ habet locū auth. ex cauſa. Aut cauſa nō eſt inſerta in hr̄datio-
ne, ⁊ tunc teſtamentū irritatur in totū dicit ipſe ꝙ colligitur i cor
pore vnde ſumitur dicta auth. Cynus ſcribit in dicta auth. ⁊ au
diui ipſum dicentem, dum eam legeret, ꝙ pluries reſpexit i cor
pore, ⁊ neſciuit illud colligere. Dicebat etiā ꝙ multos interro-
gauerat qui dicebant idē, ſcilicet ꝙ neſciebant hoc colligere ex
corpore. Mihi videtur ꝙ Dy. hoc colligit ex altero de duobus
locis. primo ex §. Siue igitur, verſiculo, ſin autem hec obſeruata
non fuerint. ibi, ne liberi falſis accuſationibus condemnētur, ⁊c.
Nam tunc dicitur falſa accuſatio, qñ cauſa ingratitudinis inſeri
tur, que vera non probatur. vel ipſe colligit ex §. hec autem diſ
poſuimus. in verſiculo, in aliquo autem negotio diſceptātes, ⁊c.
vbi hoc videtur expreſſe dicere, ſi bene inſpiciatur. Iſta opinio.
noc placet, Nā licet ſi vna ratio in corpore, ne liberi falſis accu-
ſationibus condēnentur, que cōpetit exheredatis cauſa inſerta
ſtatim tñ ibi annectitur alia, vel ne aliquam circūſcriptionem in
parentum ſubſtantijs patiantur, ⁊c. que ratio congruit exhere-
datis ſine cauſa, ⁊ etiam preteritis a ſciente, vt ſupra dixi. Pre-
terea textus dicit, ſin autem hec obſeruata nō fuerint, ⁊ ſic loqui
tur generaliter, ſiue non fuit obſeruatum illud ꝙ precepit de in
ſertione cauſe, ſiue non fuit obſeruatum illud ꝙ precepit de pro-
batione cauſe. Non obſtat textus in dicto verſiculo, in aliquo au
tem negotio, ⁊c. Nam ibi Imperator ſic pronunciauit ꝙ repe-
perit teſtamentū eſſe falſum dolo, ⁊ machinatione quorundam
extraneorū, vt dicit textus ibi, ⁊ talem quidem ſcripturam quia
dolo eam ⁊ machinatione quorundam compoſitam fuiſſe cōpe-
rimus, ⁊c. Unde magis hoc pronunciauit ex cauſa falſitatis,
nā preteritionis. Preterea, licet textus hoc ibi dicat expreſſe,

tamen ibi fuit pronuntiatio principis antequam fuerit facta cō
ſtitut. vnde ſumitur auth. ex cauſa. vnde ſi pronuntiauit Impe.
ſm iura antiqua, que pronuntiatio eſſet hodie iniuſta, ſecun-
dum illam conſtitut. Teneo ergo opi. glo. ſimpliciter, qr rupto
teſtamento ſimpliciter per querelam, vel alio quocūq; modo ex
cauſa exhered. legata, ⁊ fideicommiſſa remanent firma. per au-
then. ex cauſa. qr ſemper eſt facta ſciente teſtatore, ⁊ ſic habet lo
cum ratio tex. vt dicitur in precedentibus dubijs. Hoc tenet gl.
in quinq; locis que s. alleg. ¶ Sed contra predicta oppo. ex te
ſtamento. ex quo non aditur hereditas nō poſſunt deberi legata
l. ſi nemo. de teſt. tut. ⁊ d reg. iu. l. ſi nemo. Reſpō cōtraria loquū.
quando teſtamentum non irritatur cauſa preteritionis, vel ex-
heredationis facta a ſciente. Ratio pōt eſſe, qr quādo ex aliqua
cauſa hereditas non aditur, vadit ad alios preter ſpem, ⁊ volun
tatē teſtatoris, vnde eos teſtator grauare non cogitauit. Sʒ quā
do irritatur ex cauſa preteritionis, vel exhered. facta ſciēter. tūc
teſtator cogitaut grauare eum quem exheredauit, vel preterūt
ſcienter in quantum poterat. Si enim eū priuabat tota hered.
q̄ ſibi debebat, multo magis preſumit lex ꝙ voluit grauare eū
12 legatis, ideo legata cōſeruantur. ¶ † Sexto eſt videndum, dr in
d. auth. ꝙ teſtamentum rumpitur quantum ad heredis inſtit. ⁊
cetera firma remanent, quero quid continetur appellatione cete
rorū. Reſpon. ſubſtitutiones directe, per quas non ſuccedit de-
functo, ſed pupillo, vel forte filio mente capto. ꝙ dic, vt dixi in l.
§. fi. de vulg. ⁊ pup. vbi glo. ⁊ Dy. tangunt. Idem fideicom. vni-
uerſalia legata, ⁊ fideicom. particularia, tutele dationes, vt ex-
preſſe dicitur in corpore vnde d. auth. ſumitur. Ex quo apparet
ꝙ nō eſt vera opi. Dy. quā ipſe ponit in l. j. de vulg. ⁊ pup. dum
dt, ꝙ ea que non poſſunt relinqui niſi in teſtamento, non remanēt
valida per illam auth. Nam tutele datio non poteſt relinqui niſi
in teſtamēto. l. j. s. de teſt. tute. ⁊ tamen remanent valida. Item
ex hoc dico, ꝙ conſtitutio executoris remanet firma eadē ratiōe
ſicut tutoris. Item illud quod eſt relictū in vi modi, remanet fir
mū cum vim legati obtineat. l. fin. C. de his ſub modo. Item ea
que ſunt relicta in vim conditionis, remanent in eodē ſtatu. in
quo erāt ante. per d. auth. An autem id quod debebat dari her.
inſtituto cauſa condi. implende, debeat dari filio pretertio, vel
e exheredato, apud quē remanet hereditas. Dic vt colligitur [e] ex
l. cui s. de condic. ind. ⁊ l. quod conditionis. de noua cauſa mor.
⁊ l. qui here. §. j. de cond. ⁊ demō. Itē ſi erat grauatus heres ſub
cōditione, ſi deceſſerit ſine liberis, an filius preteritus, ad quē va
dit hereditas, intelligatur grauatus ſub cōditione. ſi deceſſerit
ſine libe. vel cum deceſſerit heres ſcriptus. Dic, vt dixi in l. pecu
lium. §. fi. j. de leg. ij. Item an inſtitu. de re certa cōſeruetur, dic
13 vt dixi in l. ex facto. de hered. inſtituen. † Item ſi aliquid erat reli
ctum filio eheredato, vel preterito qui rumpit teſtamentū, an il
lud cōſeruetur, dixi in l. maximum. C. de lib. preteri. Cy. ponit i
auth. ex cauſa. Marti. Sili. diſputauit, ⁊ tenui ꝙ ei non debetur
vt Cy. refert, quā opi. ego teneo per rationes ſuas. Pro hoc in-
duco caſum. j. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. ſi non ſolus. §. vbi leg. que
non cōſeruātur ex edicto, ſi quis omiſ. cauſa teſt. non cōſeruātur
ei qui viſus eſt teſtamentū impugnare. expreſſius videt j. de le.
14 preſtan. l. ſi filius, ⁊ iſtud puto verum. ¶ Septimo eſt † vidēdum
qua actione petuntur legata ⁊ fideicom. ex iſto teſtamēto rupto
ex cauſa preteritionis, vel exheredationis. Quidā dicunt actio-
ne ex teſtamento. Alij dicūt cōdictione ex lege illa. ⁊ iſta fuit opi.
Hugo. que corrigitur in auth. ex cauſa. in vlt. gl. Cyn. tenet eam
quod probatur, qr quando illud, ꝙ per ſe eſt inutile. cōfirmatur
agitur ex confirmante, non ex confirmato, l. pothu. §. fi. s. eo. ⁊ j.
ad trebel. l. ſi qs priore. j. de here. inſti. l. aſſe. hoc tenebat Pe. ⁊
Dyn. Alij dicunt ꝙ agitur actione ex teſtamento, qd tenet Iac.
de Are. ⁊ Iac. But. ⁊ hoc puto veriſſimū. Nā tex. i corpore vnd
ſumitur iſta auth. dt, tanquā in hoc nō reciſſum obtineat teſta-
mētō. ⁊ ſic apparet ꝙ ipſum teſtamētū ſit validū quo ad legata
vt ſic non naſcatur cōdictio ex l. propter teſtamētum, ſed ex ipſo
teſtō roborato lege, l. lege obuenire hereditatē. de verbeſig. ⁊ s.
de pact. l. legitima. vbi dicit qñ cōtract⁹ lege roboratur, oritur
actio ex ipſo cōtractu. Pro hoc videt caſus expreſſus in l. fi. de
15 hered. inſtituen. ¶ † Et ex his colligitur determinatio queſtio
nis. Dicit ſtatutū qd teſtamentū mandetur executioni, ſicut dif-
finitiua ſētētia. Modo petūtur legata ex teſtamēto rupto ex cā
preteritionis, vel exheredationis. S. quidē peterētur cōdictio
ne ex lege non haberet locū ſtatutum, quod dicit qd teſtamenta
mādentur executioni, ⁊c. Si peterētur actiōe ex teſtamento. tūc
haberet locum ſtatutum, ꝙ dicit, ꝙ teſtamenta mandentur exe-
cutioni, ⁊c. Et ita fuit determinatū p dom. Thaddeū d Pepu.
16 tunc doc. Bon. ¶ † Ultimo eſſet videndū ꝙ ſi teſtamentum re
manet validum quo ad legata ſi in teſtō eſſet appoſita iſta clau-
ſula, ſi nō valet iure teſtam. valeat iure codicillorū, an dicta clau
ſula tunc operetur aliquid, qd glo. tangit ⁊ doct. in dic. authē. ex

cauſa.⁊ videtur quod non,q2 valet iure teſtamenti quo ad aliqd
Sed dic,vt dixi j.de iure codicil.l.j.
1 ¶ **Videamus** †Ad ſecundã partem.Dicitur,ſi preteritꝰ fratribꝰ partẽ heredita
tis auocauit,quero qd ſic extranei eſſent ſcript. gl. dt idem,per
eãdem rationem,q2 teſtamentum eſt nullum,lʒ ſit argumentum
contra ſ̃.e.l.poſthumis.verſ.idem ⁊ circa. ſed ſm intellectum,
quem ibi dedi non eſt contra.Sed circa glo.eſt videndum,quo
modo extraneis inſtitutis pot ſt eſſe idem.Nã hic auocauit a fra-
tribus partem,ab extraneis deberet auocare totum,quando in
totum ſuccedit.Sol.intelligas hic,extraneis id eſt fratribus fi-
a lijs nã cipatis.alias fateoꝛ ꝙ totũ auocaret.¶ †Quero quo iu
re teſtamentũ irritetur ex cauſa pꝛeteritiõis,vel exhereditiõis.
Reſpõdeo,hic circa hoc ſunt opiniones,q2 quidam dicunt ho-
die non habere locum querelã,qd reprobaui.ſ̃.de teſt.l.j. Alij
dicunt,quod ĩ pꝛeteritione paterna nihil innouatur,qd repꝛo-
baui ſ̃.eadem l.¶ Unde omnibus omiſſis in hoc articulo ſecũ-
dũ opinionem quam teneo,diſtinguo vobis per tres caſus,Pꝛi
mo quando queritur de deſcendẽtibus,pꝛeteritis,vel exhereda
tis.Secundo,quãdo de deſcendentibus.Tertio,quando de col
f lateralibus.Circa pꝛimum f dic aut fuit pꝛeteritus,vel exhere-
datus a patre,vel eiꝰ linea,aut ab auo paterno,vel ſimilibꝰ, aut
a matre,vel eiꝰ linea.Pꝛimo caſu,aut erat filiꝰ in poteſtate aut
emãcipatus.Si in poteſtate,⁊ tunc eſt pꝛeteritus,teſtamẽtum
eſt nullum ipſo iure ⁊ põt petere contratab.vt l. maximũ vitiũ.
de liber.pꝛeferri.ꝙ intellige ſi tenebat pꝛimũ locum,vt dicta l.
Gallus,§ ⁊.qd ſi tantum.ſ̃.titu.pꝛimo.Si vero fuit exhereda-
tus,⁊ tunc aut eſt inſerta cã legitima, ⁊ opoꝛtet eum venire per
querelam inofficioſi teſtamenti,⁊ ſi quidem cauſa pꝛobabitur,o
mnino repellitur,vt in auth.de hered.⁊ falcid.§.exheredatos.
alias teſtamentũ reſcinderetur quo ad inſtitutionem tantum,vt
ſ̃.dixi Si vero cauſa non fuit incerta, ⁊ tunc poteſt dicere nul-
lum,vt in auth.vt cum de ap.cog.§.aliud.Unde cauſe inſertio
eſt hodie de ſubſtã ia,vt not.ſ̃.de teſt.l.j.Si vero queris de filio
h emãcipato,⁊ tunc h fuit exheredatus,tunc idem ꝙ in filio in po-
i teſtate,vt ſ̃.dixi,q2 aut cum cã,aut ſine cauſa .Si fuit pꝛeteri-
tus ſine cauſa,⁊ tunc idem ꝙ in filio in poteſtate conſtituto,q2 ⁊
19 dicit nullum,⁊ põt venire per contratab.Aut fuit pꝛeteritus cã
adiecta,⁊ in hoc differt emancipatus a ſuo,Suus enim dicit nul
lum,⁊ poteſt venire per cõtratab.vt dixi emãcipatus vero habet
neceſſe venire per contratabu.vt dixi in auth.de her.⁊ fal.§.ex-
20 heredatos.vt ibi glo ¶ †Secundo caſu,qñ pꝛeteritio fit a ma-
tre,vel eius linea,tũc nulla eſt differentia inter preteritionẽ,⁊ ex
heredationẽ cũ eiꝰ pteritio pꝛo exheredatione fit.Aut eſt pꝛete
ritus vel exheredatꝰ cum cã,⁊ opoꝛtet eum venire per querelã,
vt Jn.de exhere.lib.§.mater.Aut ſine cã,⁊ dicit nullum,q2 teſta
mentum deficit in ſuis ſubſtantialibus,cum cauſe inſertio ſit de
ſubſtantialibus,vt ſ̃.dixi.Et hoc in filio iã nato.Ju poſthumo
vero nõ poteſt inſeri cã,l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inof. teſta.
⁊ ſic ſemper dt nullum.Contra pꝛedicta facie,C.de inoff.teſt.l.ſi
maritus tuus.vbi ſi pteritio ſit ſine cã habet locum querela.So.
ibi loquitur in exheredat.,vt ibi dt glo.Quod patet,q2 ibi dicit
competere querelã,q̃ cum iure dicendi nullum non competeret.
l.maximum.C.de lib.pꝛete.Jnſt.de inoff.teſta.§.tã autem.Ex
pꝛedictis ergo vides ꝙ qñ per iura antiqua teſtamentum rum
pebatur ipſo iure ⁊ per iura noua nihil immutatur.Sed quãdo
filius habet neceſſe venire per querelã,vel per contratabu.tunc
eſt hodie additum in fauoꝛẽ filioꝛũ,ꝙ per patrẽ inſeratur cauſa
legitima,alias teſtamentum eſt nullum.Et pꝛedicta quantũ ad
modum rumpendi,⁊ quantum ad pꝛeſtationem legatoꝝ.dic v
ſ̃.dixi.¶ †Circa ſecundum pꝛincipale ſcilicet quãdo querimus
de aſcendentibus pꝛeteritis vel exhereda.,dic aut loquimur de
matre vel eius linea aut de patre ⁊ eius linee. Pꝛimo caſu aut
pꝛetereuntur vel exheredãtur ſine cauſa, ⁊ teſtamen. eſt nullum
